

JOANNIS
B R E C H A E I
T V R O N I I V R E
C O N S V L T I

AD TITVLVM PANDECTARVM

De verborum & rerum significatione,

C O M M E N T A R I I.

Cum Indicibus Legum ac sententiarum Insignium.



N. E. HS 72 75 BIBLIOTHECA SALAMANDRA.

Obstat: Iohannes Balmer sive Georgius Schmidius
Accepit: Iohannes Balmer.



L V G D V N I,

A P U D I O A N N E M T E M P O R A L E M.

1556

Cum privilegio Regio.

OLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

IOANNES BRECHAEVS

D. BARTHOLOMEO FAIO,

Consiliario Regio in suprema Curia Parisiorum, viro

amplissimo S. P. D.



Tu nihil adhuc constitueram literarum ad te dare, tum quod scribēdi argumentū omne reiiciebam in id temporis, quo meos ad te *De rerum & verborum significacione*, Commentarios mittere iamdudum meditor, tum quod raptim & in transcurso, propter hominibus ad te perferentis festinationē, oporteret me scribere, & sane non ignores quantum ex Latini sermonis copia labore, & ego mihi planè conscientius sum, quanta difficultate, potissimum ad graueis & doctos homines, tuique similes scribā: præterea & cum nihil hoc tempore haberem quod literis meis scriberem, quam ut de tua erga me benevolentia gratias tibi agrem, & id non tam bene quam vellem assequi me posse crederem: tamen cum subinde facta mihi esset potestas hominis istius, cui recte dare, tēperare mihi equidē nulla ratione potui, quin aliquid scriptorū ad te meorum perferret, ac inde tui meo nomine salutandi causam aliquam nactus, tuas quoque ad me literas aliquando efflagitaret. Nihil enim est quod magis in votis habeo, quam ut de tua valetudine per literas tuas certior fiam: tametsi in dies singulos diligenter percontari soleam ab his qui è Lutetia ad nos redeunt, quid agas, ut valeas. Absolui penè Commentarios illos meos ad titulum, *De verborum & rerum significacione*, & quidem, ut spero, non minus feliciter quam luculenter. Sed quoniam forensia negotia, quibus distriktior sum quam optem, studiorum meorū cursum saepius intercipiūt, vix ad ultimum operis peruenire queo. Eos ego statim ubi absoluero, habebis. Interea, si ocii aliquid rebustuis suffurari poteris, & id pace liceat tua, aliquid homini nostro literarum tuarum, quae quo in statu seres habeant tuæ, significant, ad nos dabis. Amicitiam autem nostram, quæ so, ruerem amanter. Salutem dices mei causa D. And. Tiraquelle, & D. Stephano Florido, collegis tuis dignis. Bene Vale. Turoni, pridie Idi Martias.



IOANNIS BRECHAEI

TURONI IVRECONSULTI

CLARISSIMI

COMMENTARII,

AD TITULVM PANDECTARVM.

De verborum & rerum significatione.

IN RUBRICAM.

SVMMARIUM.

- 1 Ius versatur circa res, personas & actiones.
- 2 Verba ad animi conceptus proferebant inveniuntur.
- 3 In dubio, Mens testatoris, potius quam verba attendi debent.
- 4 Proprietate verborum significationi quando adhaerendum.
- 5 Verba secundum communem usum loquendi intelliguntur propter.
- 6 Nothus intellectus est, qui vulgi auribus, & captui non conuenit.
- 7 Verbum a teste prolatum intelligi debet secundum communem loquendi formam.
- 8 Usus loquendi omni regula & constitutioni derogat.
- 9 Usus loquendi est facti non iuris.
- 10 Ambigua secundum communem usum interpretanda.
- 11 Communis uerba loquendi de idiotarum sermone conserti debet.
- 12 Verba statutorum, & dispositionis ciuiliter intelligenda.
- 13 Contractum, ac pactorum verba distinctione adiuvanda.
- 14 Contractum naturae verba scribunt, non natura verbis.
- 15 Verba contractus bene sunt attendenda.
- 16 Verba quae non intelliguntur in aliqua ciuitate, debent ut in aliis ciuitatibus extimari.
- 17 Rescriptum Principis obscurum ad alterius Principis rescriptum est conformandum.
- 18 Etymologia verbi querenda deficiente iuris interpretatione.
- 19 Verba secundum loci consuetudinem interpretanda.
- 20 Verba defrequentata factibus in statutis sumenda.
- 21 Communis intellectus testatoris standum.
- 22 Re & verbis obligationes contrahuntur.
- 23 Multum prodebet in vnaquaque scientia scire voces, & terminos artis.
- 24 Significare *signare*, *significare*, est rei essentiam extimere.
- 25 Significatio apud Iurisconsultos propria intelligitur.
- 26 Con significare, est cum rectu actu circumstantias quoque temporis & loci significare, Alio quoque eiusdem verbi significationes.



V M omne ius quo utimur (inquit Paulus iureconsul.) aut ad personas pertineat, aut ad res aut ad actiones, atque circa huc quidem saepe existat permulta perplexa, sinuosa & ambigiosa in verborum ac rerum interpretatione significationeq; censenda, sed & quae disceptationis sunt minimè expeditæ & juris ambiguæ, certè non sine causa collocatus est hic suo ordine titulus DE VERBORVM ET RERVM SIGNIFICATIONE. Verba etenim idèò recepta sunt, quibus conceptum animi homines aperirent, proferréntque Bal. in

L. j. de star.
ho. & s. fin.
Instit. de 18.
re nat. gen.
& c.

etiam testes sunt Cælius Rhodogi. lectio. antiq. lib. xxi. & Alciatus Prae-
Cap. 15. termisorum lib. primo Dicebantur etiam parochi qui salem & ligna per-
egegrinis Reipub. causa peregrinibus proficiscentibus præbebant: quos Porphi-
*Copiariorum qui
ducti.
rius Copiarios à Latinis vocatos esse tradit. Parochi à Græcis παρόχοι, παρά τι*
ηγέρχονται, quod significat contribuere & in commune aliquid conferre. Pa-
rochias publicas Cicero lib. xiiij. Epistol. ad Atticum. His quidem exem-
plis patet, Parœcias non parochias dici oportere: neque parochianos, sed
parœcos provinciis iuxta phanum aliquod. Sic apud Eusebium lib. tertio
ecclesiastice historiæ cap. xxvij. Dionysius Alexandrinæ parœcia episco-
patum tenuit: & ca. xxxj. Polycarpus Ephesianæ parœcię episcopus.

Cap. 23. Et lib. quarto eiusdem operis. Dionysius Atheniensis parœcię
episcopatum primus suscepit. Forsan eisdem verbum
nostrum vulgare, Parociani, à Græca voce
παροχαῖς est mutuatum. Sunt autem
παροχαῖς maritimi & qui
iuxta Oceanum
habitante.

LUGDVNI,

Excudebat Iacobus Faure.